virgo in partu. et virgo post
partum. fons vite. fons sa
lutis et gratie. fons pietatis
et letitie. fons consolacionis
et indulgencie. Rogo te per
illam sanctam ineffabilem
letitiam qua exultavit
spiritus tuus in illa hora
quando tibi per gabrielem
archangelum annunciatus
et conceptus filius dei fuit.
Et per illud divinum mis-
terium quod tunc operatus
est spiritus sanctus. Et p
illam sanctam / ineffabilem
pietatem. gratiam. miam amo
rem et humilitatem per quas

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 503ab, p. 41 – Prayer book, Latin and French
(http://www.e-codices.ch/it/csg/0503ab/41)